



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo ordinèq[ue]  
diligendi, Sermo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

Christus vos illuminet & dirigat ad salutaria, qui est in secula benedictus,  
Amen.

## SERMO IN EADEM DOMINICA.

*De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo  
ordineque diligendi.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Math. XXII. Cum Iohannes dicat Apostolus: Qui non diligit, manet in morte, quam necessaria sit <sup>Iohannes</sup> charitas, inde liquet quod vitam non habemus spiritus, vitamque gratiae, nisi diligamus Deum. Mortui, inquam, sumus in anima, quam primum Deum non diligimus. Circa hanc dilectionem & diligendi modum multa hic dicenda sunt. Primo nanque consideranda veniunt, quae sint <sup>Diligere que nam teneatur, & que</sup> quae teneamur diligere, & quo ordine. Itaque primum, præcipuum & maximum, quod diligendum est, est Deus, qui hic iubetur diligere ex toto corde, & super omnia. Tunc autem diligis eum ex toto corde, & super omnia quā. Quādo quis do omnes motus animæ tue ad Deum refers, continesit cor tuū, ne ad illā creaturam inclinatum sit contra Deum. Sunt autem quatuor affectiones cordis, quas in Deum esse oportet conuersas, sicut timor, amor, spes & gaudium. Vis scire quomodo eas ad Deum conuerti oporteat? Prime, ut nihil timemus, nisi Deum. Nolite inquit, timere eos, qui occidunt corpus: sed eum timete, <sup>Affectiones</sup> qui potest atem habet mittere corpus & animam in gehennam ignis. Nam qui corpus occidunt, cum iam expluerint quod volunt, quid amplius facient? Nihil possunt ultra, quam quod hominem alioqui moriturum ex hac miseria, & ex errunnis eripiunt multis. Vitam nobis auferre possunt temporale, quam nihilominus, ut debemus Deo sumus resignaturi. Sed nunquid propterea eos, qui potentatum habent in terris, timebimus, ut propter ipsos quid illiciti vel minimum contra Deum faciamus? Nequaquā, sed magis quā hominem timeamus offendere Deum. Quem ne offendamus, non timeamus <sup>Actus 5.</sup> quemcunque offendere hominem. Deo enim magis oportet obediare, quam cuius homini. Occidat, qui vult occidere, spoliet bonis, qui vult spoliare, modo Deo nos non spolier: & tunc semper triumphabimus diuites. Melius est enim (vt Augustinus ait) Deo dilectio emori, quā offensio viuere. Secundo, ut nihil diligas, quam Deum, aut propter Deum. Quicquid amabile non est propter Deum, cuiusmodi est peccatum, hoc noli amare. Quicquid vero amabile, aut tolerabile est, aut amari licet, non debet aliter amari, quam in Deo, aut propter Deum. Tertio, spes tua reducenda est in Deum, ut nulla super te veniat tanta calamitas, nulla tentatio, quae spem & confidentiam tuam extinguat in Deum. Sed dic cum Iob. *Etsam si occiderit me, sperabo in eum.* Quarto, gaudium tuum in solo Deo sit. De nulla igitur re <sup>Augustinus.</sup> Gaudiō hominis in solo Deo constituta. Deum gaudias, nisi qua te vicinorem facit Deo, aut qua coniuncte Deo, De illo enim, unde non places, sed displaceas Deo, non est gaudendum.

Secundum quod tenemur diligere, est anima. Animam tuam diligere <sup>Anima cur &</sup> debes, & animam proximi tui, tanquam Dei imaginem. Imago nanque quomodo aliquius rei diligitur propter hoc, cuius est imago. Ita hoc modo anima propter hoc diligenda.

OOOO pter

pter Deum est diligenda, tāquam Dei imago, & sicut thesaurus pretiosus, pro quo Christus omnia dedit sua, ut illum compararet. Quomodo enim Deus omnem excellit creaturam, sic anima omnem corpoream dignitate superat creaturem.

*Anima dignitas & excellentia quamvis.*

*Psalm. 10.*

*I. Ioan. 3.*

*Corpus suum  
qua ratione  
tenet ut ho-  
mo diligere*

*Bona repon-  
tia quatenus  
diligenda.*

*Dilectionis  
præceptum  
vitur in hac  
vita possit  
impleri.*

*i. Cor. 14.*

*Bernardus.*

*Psalm. 14.*

*Psalm. 61.*

Imo totus mundus vnius animæ precio non potest æquari. Neque enim pro universo dedisset mundo Christus, quod pro anima dedit. Hæc itaque diligenda abs te est, ne ipsam inquines, neve foribus polluis peccatorum. Si enim peccatis animam polluis, haudquam diligis animam tuam. Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Magis autem consentire te decet, ut omnia bona corporalia pereant, quam ut tua vel cuiuspiam alterius anima pereat. Imo, ubi anima vel tuam, vel alienam à peccato seruare aliter non possis, porius corporis est amittendavita, quam anima. Qui enim alter impleremus Dei mandatum, nisi ut vitam pro fratribus ponamus? Non iubemus vitam tuam corporalem pro alterius vita corporali ponere, sed iubemus

pro anima fratri conseruanda, aut eruenda a morte, corporalem vitam si aliter illi subueniri non potest, in mortem tradere. Tertio loco tenemus corpora nostra diligere, ne eadem destruamus. Tenemur ea in sanitate & integritate, quo ad Dei manent servitum idonea, fouers & conseruare. Itaq; si devotionem fensis spiritus ac fuorem, ita illum exerce, ita tempera, ita rege, ne destruas, sed regas, humiliesc corpus tuum: quo destructo necesse fieret etiam, ut deuotio periret. Bonum itaque corporis, hoc est vita corporalis, antefixa rebus cœlucis & externis. Quarto loco temporalia, ut virilissima bona, sunt diligenda, tanquam administracula, sine quibus non vivitur, nec Deo potest seruiri. Possunt igitur eatenus diligi, quatenus ad amorem conducunt Dei. Secundo sciendum est, quando dicitur, Diliges Dmum Deum tuum ex corde tuo, hoc præceptum non perfectè posse impleri in hac vita, nisi dicatur perfectū, quando tantū ibi est de perfectione, quantum potest obtineri. Nō enim potest obtineri tāta perfectio in hac vita, ut, iuxta quod verba sonat, dilectionis præceptū in hac vita possit impleri. Quocirca hoc, quod in insimo gradu est perfectionis, videtur satisfacere præcepto. Verbi gratia, ut hic in charitatis præcepto dicamus prævaricationem te evitare, si nihil sit in corde tuo, quod contra aut supra dilectionē sit Dei. In hac namq; vita ex parte cognoscimus, & ex parte etiam diligimus. Propterea nō minor in nobis esse debet charitas, quam ut Deū diligamus super omnia, hoc est, nihil Deo æqualiter, nihil supra Deum, nihil contra Deum diligamus. Dicit enim Bernardus: Ego sanè puto non ante perfectè implenum, ut diligas Dominum Deum tuum ex corde tuo, quo usque iam cor non cogatur cogitare de corpore, & anima iam desistat cura corporis intendere, in administrando vires, potentias, motus & actus. Nec præceptum hoc: ut dictum est, constituit nos transgressores. Nam quod minus habet imperfectio conuersationis nostræ, supplet humilitas confessionis. Magis enim vult Deus sibi à nobis exhiberi humilem defensionem, quā superbiam completionem. Propterea enim mandauit mandata sua custodiri nimis, ut videntes imperfectiōnem nostram in implendo hoc mandatum, id est, cum id, quod debemus non valeamus implere, fugiamus ad eius misericordiam, decentes: *Quoniam melior est misericordia tua super vitam.* Potest tamen nihilominus dici quod

quod insufficiens, imperfectaque expletio, huius præcepti transgressionem non constituit, sed contemptus. Quamus enim arduum, imo impossibile sit hoc præceptum in hac vita impleri, aut ad illius perfectionem attingi, transgressionis tamen culpam evadimus, si vel infimum gradum attigerimus charitatis. Sic enim dicit Psalmista: *Imperfectum meum viderunt oculi ultimi, & in libro tuo omnes scribentur.* Ac si dicere: Imperfectionem meam, qua non impleo charitatem, in illa, ut deberem plenitudine ac perfectione, viderunt oculi tui: non tamen mihi desperandum est, quoniam quisquis habuerit charitatem, licet non in plenitudine qua deceret habeat, nihil feci tamen in libro tuo, hoc est, in libro vite omnes scribentur, qui vel infimum habent gradum. Est itaque impletio huius præcepti in hac ultima, sublimique perfectione ad salutem non prolus necessaria. Alioqui nemo maneret int. loeo. 3. statu salutis, quia nemo huius perfectionem in hac vita implebit. Diligamus igitur filij Deum, non verbo tantum aut lingua, sed opere & veritate. Vultis nosse an diligatis Deum? Interrogate corda vestra, interrogate linguam vestram, interrogate sensus, actus & corpora vestra, verè ne diligatis Deum. Vide eti, si in omnibus quæritis Deum, si cuncte referatis ad illum gloriam, ne de illorum sitis numero, de quibus dicit Apostolus: *Coupietur se nosse Deum, factu autem negant.* Et iterum alibi in Epistola Ioannis: *Qui confitetur se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.* Et Christus dicit in Evangelio: *Vos amici mei eritis. Quando? Si feceritis, inquit, ea que præcipio vobis.* Qui itaque esse vult Euangelicus, in hoc sit Euangelicus, ut Dei Euangelijque præcepta perficiat. Porro si in vita tua caro tantum vivit, & carnis tantum seruitur, quid prodest tibi nomen Euangelicum, cum sis carnalis totus? Quomodo ergo Christus dicit: *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me,* si tu sine mandatorum impletione Deum diligis? Quæ, inquis, sunt mandata? Quæ hodie de dilectione Dei & proximi recensentur. Præcepta enim Dei sunt ea, quæ ad Dei pertinent cultum, in prima tabula Mosis scripta, de uno adorando, colendoque Deo, de nomine eius in vanum non assumendo, de sabbatoque sanctissimo. Reliquæ quæ in secunda tabula scripta erant digito Dei, erant quæ ad iustitiam & dilectionem proximi pertinenter. Quæ omnia (vt Apostolus ait) in uno verbo instaurantur: *Dileges proximum tuum si. ut te ipsum.* Qui Galatus enim proximum diligit, non occidit illum, non furatur, non cum illius uxore adulteratur, non illius rem concupiscit, & alia scelera, nefariaque, quæ ad amorem Dei inducere possunt dilectionem. Et enim illum pariter ac dignè diligè nobis Deum. Primo, quia Deus ipse bonus est. Bonù autem solum est amabile & acceptum voluntati. Unde quicquid optat voluntas, non aliter illud appetit, optat, aut vulnus, quam sub ratione boni. Deus igitur quem sit summè bonus, summè est amabilis & immenso diligendus amore. Proinde Christus: *Nemo, inquit, bonus, nisi filius* Marc. 10. *Deus.* Secundo, hoc iustissimum est, quia prior dilexit nos. Quod Iohannes testatur in Epistola dicens: *Non quasi nrs dilexerimus Deum, sed quoniam prior ipse dilexit nos.* Et Hieremias: *In charitate perpetua dilexi te,* Hierem. 31. *Adco te dilexit, vt dilecta omnia relinquenter, & sua omnia in tuos*

OOOO 2 vsus

660  
**Terem. 12.** I<sup>s</sup>us effunderet. De quo iterum Hieremias: *Reliqui domum meam dimisi hanc diatatem meam*, id est, Angelos caelestes haeredes celi. *Et dedit dilectionem animam meam in manus iacoborum*. Vide iam si diligis amicum qui pro te emisit lachrymas, quantum debes diligere Deum qui pro te effudit sanguinem? Si diligis qui rem aliquam vilem pro te exponeret, quanto magis est tibi est diligendus, qui pro te dedit in mortem animam suam? Quod pensans diuus Bernardus, dicit: O quam vehementer amplexatus est me in cruce, in qua effluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit anima ex corpore. Quarto, si queras quanta esse debeat charitas tua ad Deum, dicendum ex Bernardo: Modum ponere charitatis, est ponere modum sine modo. Primo namque cum sit Deus infinitus & immensus, ideo infinito est amore diligendus. Propterea enim nullus amor est praefixus terminus, finis aut mensura. Quamvis autem nulla creatura ad infinitum se possit extenderet, cum sit omnis actio creature finita & limitata: voluntas ramen, desiderium & affectus in creature ad infinitum se potest extenderet. Secundo, cum infinito nos Deus ipse quoque dixerit amore, ideo absque mensura, & sine fine est diligendus. Tertio, quia infinita nobis bona tribuit: ideo infinitos itemur offere affectus charitatis. Ideo sanctus Thomas: Causa, inquit, diligendi Deum est diuina bonitas, quae est infinita. Non est modus in charitate ultra quem non oporteat progredi. Et Hugo: Quantum potes, tantum dilige. Mensura tua sit potestas tua. Quarto, quia infinita nobis ex Deo vitalitas accedit. *Quam magna*, inquit Psalmista, *multitudine dulcedinis tuae beatitudinis*, quam ab conditissimis te. Si timentibus te, inquit Augustinus, quid tunc diligenter te? Seruorum enim est timere, filiorum vero diligere. Quinto, pensandum est, quam multiplici differant modo amor carnis & amor diuinus, licet in multis etiam assimilentur. Primus modus, quo amor carnis a spirituali differt, est, quod qui diligit Deum, semper habet presentem quem diligit. De quo non incongrue dicit Psalmista: *Si ascendens a lum tu illuc es, & si descendendo in infernum, ades*. Porro, amor carnis minimus habet quem diligit. Exerit enim se amor ille super numero inutiliter ad ignorantes, ad eos qui redamare spernunt, & ad absentes. Secundus est modulus, quod amor carnis non diligit confidenter. Qui enim alium diligit carnaliter, nescit an redametur. Multos enim (ut dixi) diligimus, qui non in regione non redamant. Multos diligimus non amantes. Verum de Deo hoc aliter est. Iesum enim cum diligimus, non possumus ambigere, quin rursus nos quoque diligit ipse. Dicit namque in scriptura: *Ego diligenter te diligo*. Tertio, amor carnis diligit nescientes. Hoc enim amore diligimus eos quos qui non sunt, aut quos nunquam vidi mus, ex favore aliquius virtutis, vel gratulatione alicuius nobiscum similitudinis. Verbi gratia: Pugnax diligit pugnarem, iracundus iracundum, & in narrationibus quas audi mus aut legimus, ubi sui quis audierit similem, mox natura arridente, illi plus, dum huius adhuc rationem ignorat, super numero afficitur. Itaque diligitur sapere quis ignorans se amari. Verum de Deo secus est. Nemo illum diligere potest ignorantem. Omnes enim in homine animali motus intenti nemus considerat. Minime igitur latenter potest amari. Quarto, in amore carni contingit sapere falli, ut putas te ad gratiam dilecti facere, gratiam illius

**Bernard.**  
**Ioan. 9.**  
**Charitas nostra quanta debeat esse ad Deum**

**2. Thom.**

**Hugo.**

**Psal. 30.**

**August.**

**Amor carna lis & amor diuinus qua multiplici modo dif ferant.**

**Psalm. 112.**

**Bonavent.**

illius te propterea mereri, vbi contra impetas offensionem & indignationem. Fauente namque licer animo tu feceris quid in gratiam amici: ipse tamen, quia cor tuum non videt, multifariam aliter hoc accipere, aliter interpretari, aliterque iudicare potest. Hoc non habet Dei amor. Quicquid enim simplici & recto corde feceris, non rejicit, quia diligit simplicitatem & intentionem considerat sinceritatis. Quare non potest ei non placere, quicquid simplici illi corde obruleris. Quinto, amor carnalis odit corrualem: solus enim vult amare & amari. Idcirco inuidet alijs simili amantibus. Sed aliter est in amore Dei. Quisquis enim Deum diligit, ille non solus cupit amare, sed quoscunque potest ut Deum diligenter, hortatur, suader, inducit atque inuitat. Delectatur ac gaudet, quod secum multi ament Deum. Scit enim nihil sibi perire, nec minus a Deo propter se amari. Sexto, amor carnalis non potest sustinere praeter se quempiam plus amari. At versus Dei amor, quamvis Deum super omnia amet, potest tamen bene sustinere alium sibi in donis, beneficij atque in ipso amore præferri. Potest inquam, sustinere, ut Deus alium plus quam se diligit. Scit enim Deum esse iustum, & aliter Mal. 10. non posse quam iustè agere, nullityp in iuriam fieri, vbi omnes male operantes, & non nisi filii damnationis viuimus, & per misericordiam Dei solam sustinemur. Septimo, carnalis amor non sustinet se contemni, aut post haberi, aut sibi alios præferri. At amor Dei, quia nihil querit nisi Deum, cuius attendens excellentiam, suamque vilitatem, non miratur, nec ægrè fert, si preferantur sibi alij. Satis illi est, imo in hoc consolatur se, quod Dei numeratus locaturque inter amicos, quamvis viiior alij, aut inter viiiores viiissimus. Octavo, differt amor Dei ab amore humano, quia amor Dei, hoc est, qui Deum amat, certus est se amari, nec Dei dilecti perders posse amicitiam, nisi suo ipsius virio. Nunquam enim Deus deserit amantem nisi desertus. Nunquam prior ab amico recedit, sed expellitur & abjecitur contemptus. Verum amor carnalis, seu humanus prorsus alio se habet modo. Nam iuxta arbitrium suum vel diligit, vel non diligit se amantem: nec qui dilectus est, amanti se respondet semper amore. Quapropter nulla amicitia melior, nulla suauior, nulla fidelior, nulla constantior, nulla securior, Amicitia e-  
mniam felici-  
nulla denique felicior, quam ea quæ est in Deo. Hanc igitur solam querite cism: quæ-  
fili, hanc amate. Felices, qui in Dei etsi amicitia, qui in eius gratia viuuntis. renda que  
Omnem creaturam potius deserte & contemnite, quam ut Christo dispi-  
teatis aut Christum non diligatis. Illum rebus cunctis anteferte. Eius ami-  
ciam quamdiu teneris, nec diabolus, nec homo, nec quid vniuersus aduer-  
sum vos valebit mundus. Hoc vobis charissimi largiatur Dominus no-  
ster Iesus Christus, qui se diligi iubet, ut nostri iustè misereatur,  
nobisque iustè benefaciat. Qui cum Patre & Spiritu  
sancto est benedictus in secula,

Amen.